

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Clarissimo uiro, D. Ioanni Marcello, collegae & amico suo charissimo,  
Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Clarissimo uiro, D. Ioanni Marcello, col  
legæ & amico suo charissimo,  
Philippus Melanchthon  
S. D.

De adolescente qui furtum fecit, audiuius de  
cretum esse, ut Argeliam transfueretur: haud dubiè  
*διὰ τὸν βασανισμὸν*. inquirèt, quos habuerit sub-  
ornatores & socios delicti, quale sodalitiũ, qui ser-  
mones \* *τραλλονται οὐ πλεον*. nosti quàm sunt in  
hoc genere diligentes aule. Deinde delictum eo ma-  
ius est, quia in arce factum est: & muneri Princi-  
pis, & xenio reginæ dato, manus iniectæ sunt: & il-  
lud Homericum meministi,

*Δεινὸν ἢ μόνος βασιλῆιον ἐγὶ βλάπτειν.*

Itaq; cùm frustra nos deprecatorios esse iudica-  
rem, & aliquid turpitudinis & suspicionis habi-  
tura deprecatio uideretur, omittendum esse censui.  
Discat iuuctus, non semper eludi posse legem, que  
minis & metu pœnarum coherceat errantes impe-  
tus. Et uult Deus in pœnis politicis nobis omnibus  
proponi commonescationes. Cedamus igitur uolũ-  
tati Dei, & legibus: & Deum oremus, ut nos re-  
gat, & has exiguas & miseræ Ecclesie suæ reli-  
quias seruet.

Deliberationes hic fuerunt honestæ, ne Eccle-  
siae turbentur instauratione uitiosorum rituum, ut  
eorum narrabo. Spero etiam nos hodie iter ingres-  
suros

faros esse, quod narrabis hospiti nostro Hieronymo Stauden, amico & uiro integerrimo: cuius animū in hoc luctu ut à mœrore omnib. officijs et suauitate sermonum abducatis, magnopere uos hortor. In ea re ad uestra officia meum studium adiungerem, si isthic essem. Nunc absens Deum eternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani & Ecclesiæ, oro, ut nunc adfirmet, se inter mœrentes, qui ipsum inuocant, habitare: seruet & regat Hieronymum, et cœlesti leticia partus eius exuscitet. Electionem magistratuum Academiæ opto faustam & felicem esse. Bene uale,  
 O Aobris, Anno 1548.

BERNARDO MAVRO  
 S. D.

Ad Dialecticæ & Rhetoricæ studium, item Erasmi de Copia & Chiliadum lectionem hortatoria.

Fœcunda fuit epistola tua, mi Bernarde, quæ senas unica literas hactenus apud me tibi peperit. Illas uerò, siue tuarum literarum elegantia emerebatur, siue amicitia nostra, plurimi quidem fieti utrunque: hoc, quod ab amici officio absens in cecideris: illud, quod in literis adhuc tuis, hoc est, bonis, quibus antè solebas cum tecum agerem, uersari uideris. Quod cum re ipsa dignum est laude, tum pro  
 usu